Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26948
Copyright: Admont, Benediktinerstift



braham primo invenit litteras hebraycas
et docuit Caldeos et egiptios geometriam
et astronomiam Tempore huius quinque civitates sodo-
morum sunt subverse Et huic primo repromissus
est xpc et primo data est circumcisio .-
Isaac vixit C lxxx annis huius tempore fuit
regnum agmorum Apud argos regnavit malchus
.l. annis Cuius filia fuit yo quam egiptii mu-
tato nomine ysiden colunt Item tercia etate
primus ydumeorum fuit balach filius beor postus
que regnavit Jobab vel de inde husan Inde quinque
reges Post hec duces Job a quintus ab abraham
Qui ge ysaac qui esaw vel edom a quo ydumei
Esaw genuit hus et helyphat hus genuit Job
helyphat genuit Amalech a quo amalechite Job
ant lxxxix annorum fuit qui Sathan ipsum
temptando plagavit Sed postus plagam factus
est rex et vixit xc. annis Alius vero balach
filius sephor sub moyse erat rex moab et madian
Qui conduxit ariolum .s. balaam qui in libro
Job dicitur eliud buzites Item apud argos
sub ysaac primus rex malchus regnavit uno anno
Cuius filia yo a grecia navigans in egiptum ubi
litteras repit leges docuit iuste imperavit agricul-
turam docuit eos que postea in numero deorum recepta
est in egipto Unde ysis dicta est quod idem
est quod terra latine quia docuit fodere terram